

P O N T. usque ad tempora rec. mem. Innocentii PP. XII.
A. I. Prædecessoris itidem Nostri factum fuerit. Post-
Innoc. quam autem ipse Innocentius Prædecessor Car-
XII. pro dinalis Patroni titulum, et auctoritatem sustulit,
eiusdem et pro rebus, negotiisque eiusdem Civitatis Fir-
Civitatis manæ, illiusque Comitatus peragendis, Congre-
et Comi- gationem, quæ ex Cardinali à Secretis Status Ec-
tatus ne- clesiastici Prædicti, et aliquot Romanæ Curiæ Præ-
gotiis spe- latis constabat, instituit, cum facultatibus eisdem,
ciale quibus Congregatio Venerabilium Fratrum Nos-
Congrega- trorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium su-
tionem per Consultationibus Civitatum, Terrarum et Lo-
instituit. corum eiusdem Status Nostri Ecclesiastici deputa-
torum erecta fuit, ut ex particula Apostolicarum
ipsius Innocentii Prædecessoris in simili forma
Brevis literarum in forma Motus Proprii die 3. Jan.
MDCXCIII. expeditarum uberioris colligitur, quæ
particula est tenoris sequentis : *Cum itaque Nos*
alias, nempe ipsis Pontificatus Nostri primor-
diis, justis ex causis Animum Nostrum moven-
tibus adducti, pro dictæ Civitatis Firmanæ gubernio
Dilectum Filium Nostrum Fabritium Sanctæ
Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Spada nuncupa-
tum Secretarium Nostrum Status, ac nonnullos
Romanæ Curiæ Prælatos, prudentia, doctrina,
integritate, et rerum usu eximie præditos depu-
taverimus; Hi vero subinde, prout rerum, et
negotiorum momenta postulabant, insimul con-
venientes, demandatam sibi a Nobis Provinciam
recte, et fideliter, atque ex animi Nostri Sententia
hactenus administraverint: Idecirco sperantes in
Domino sub eorum prudenti, ac salubri directione
Civitatem Firmanam prædictam in futurum quo-
que optatos, Pacis, Tranquillitatis, et justitiæ
fructus suscepturam esse; Motu Proprio, ac ex
certa scientia, et matura deliberatione Nostris,
deque Apostolicæ potestatis plenitudine Congre-
gationem memoratorum Fabritii Cardinalis, ac
Prælatorum a Nobis, ut præfertur, deputatorum,
aliorumque in futurum deputandorum, pro Civi-
tatis Firmanæ hujusmodi, ac Civium, et Inco-
larum, nec non Territorii, et districtus totius